

OFFERTORIUM (Ps. 68, 21) Improperium exspectavit Cor meum et miseriam: et sustinui, qui simul mecum constistraretur, et non fuit: consolantem me quaesivi, et non inveni.

SECRETA - Respice, quaesumus, Domine, ad ineffabilem Cordis dilecti Filii tui caritatem: ut, quod offerimus, sit tibi munus acceptum et nostrorum expiatio delictorum. Per eundem.

Preface o nejsvětějším Srdci Páně.

COMMUNIO (Joann. 19, 34) Unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua.

POSTCOMMUNIO - Prae-beant nobis, Domine Jesu, divinum tua sancta fervorem: quo dulcissimi Cordis tui suavitate percipere; discamus terrae despiciere, et amare caelestia: Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

OBĚTOVÁNÍ (Žalm 68, 21) Potupu očekávalo srdce mé a bídu. Čekal jsem, kdo by se rmoutil se mnou - a nepřišel. Hledal jsem, kdo by mne potěšil - a nenalezl jsem.

TICHÁ MODLITBA - Pohleď, prosíme Pane, na nevýslovnou lásku Srdce milovaného Syna svého, aby to, co obětujeme, bylo ti příjemným darem a shlazením našich hříchů. Skrze téhož.

K PŘIJÍMÁNÍ (Jan 19, 34) Jeden z vojínů otevřel kopím bok jeho, a ihned vyšla krev a voda.

PO PŘIJÍMÁNÍ - Nechť svatě dary tvé, pane Ježíši, roznlí v nás božský žár, abychom se po okusení líbeznoti nejsladšího Srdce tvého naučili pohrdati věcmi pozemskými a milovali nebeské. Jenž žiješ a kraluješ s Bohem Otcem.

V elektronické podobě najdete na www.krasaliturgie.cz → Ke stažení → Texty ke mši svaté

Nejsvětějšího Srdce Ježíšova

INTROITUS (Ps. 32, 11 et 19) Cogitationes Cordis ejus in generatione et generationem: ut eruat a morte animas eorum et alat eos in fame. (Allelúja, allelúja.) (Ps. ib. 1) Exsultate, justi, in Domino; rectos decet collaudatio. V. Glória Patri.

ORATIO - Deus, qui nobis in Corde Filii tui, nostris vulnerato peccatis, infinitos dilectionis thesauros misericorditer largiri dignaris: concede, quaesumus; ut, illi devotum pietatis nostrae praestantes obsequium, dignae quoque satisfactionis exhibeamus officium. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum.

LÉCTIO Epistolae b. Pauli Apostoli ad Ephésios (3, 8-19). Fratres: Mihi, omnium sanctorum minimo, data est gratia haec, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo, qui omnia creavit ut innovescat

VSTUP (Žalm 32, 11 a 19) Smýšlení Srdce jeho jde od pokolení do pokolení, aby vytrhl od smrti duše jejich a živil je o hladu. (Aleluja, aleluja.) (Ž. tamt. 1) Radujte se, spravedliví, v Pánu. Dobrým přísluší chvála. V. Sláva Otci.

MODLITBA - Bože, jenž jsi nám v zraněném našimi hříchy Srdci Syna svého milostivě ráčil uštedřiti nekonečné poklady lásky, uděl, prosíme, abychom, vzdávajíce mu oddaný hold své lásky, splnili také hodného zadostiučinění povinnost. Skrze téhož Pána našeho Ježíše Krista, Syna tvého, jenž s tebou žije.

ČTENÍ z listu sv. Apoštola Pavla k Effeským (3, 18-19). Bratři! Mně, nejmenšimu ze všech věřících, byla dána milost tato, zvěstovati mezi pohany nevystihlé to bohatství Kristovo a objasnit všem, kterak bylo skutečně to tajemství, jež od věků bylo skryto v Bohu, Stvořiteli vše-

principátibus et potestátibus in caeléstibus per Ecclésiám multifórmis sapiéntia Dei, secúndum praefinitionem saeculórum, quam fecit in Christo Jesu, Dómino nostro, in quo habémus fidúciam et accessum in confidéntia per fidem ejus. Hujus rei grátia flecto génuá mea ad Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patérnitas in caelis et terra nominátur, ut det vobis, secúndum divítias glóriæ suæ, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiorem hóminem, Christum habitáre per fidem in córdibus vestris: in caritate radicáti et fundáti, ut possítis comprehéndere cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo, et longitúdo, et sublímitas, et profúndum: scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritatém Christi, ut impleámini in omnem plentitúdinem Dei.

GRADUALE (*Psalmus 24, 8-9*)
Dulcis et rectus Dóminus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via. V. Diriget mansuetos in iudicio, docébit mites vias suas. Allelúja, allelúja. V. (*Matth.*

ho, aby nyní skrze Církev uvedla se ve známost v nebesích a mocnostem v nebesích přerozmanitá moudrost Boží, podle odvěkého úradku, který vykonal v Kristu Ježíši, Pánu našem, v němž máme zmužilost a přístup s důvěrou skrze víru v něho. Za tou příčinou skláním kolena svá před Otcem Pána našeho Ježíše Krista, po němž se jmenuje všeliký rod na nebi i na zemi, aby vám dal podle bohatství velebnosti své skrze Ducha svého v síle zmohutněti pro vnitřního člověka, tak aby Kristus přebýval skrze víru v srdcích vašich, zakořeněných a založených v lásce, abyste mohli pochopiti se všemi věřícími, která je šířka a délka i výše a hloubka, i poznati Kristovu lásku převyšující veškeré poznání, abyste byli naplněni ve veškerou plnost Boží.

GRADUALE (*Ž. 24, 8 až 9*)
Sladký a upřímný jest Pán; proto dává bloudícím na cestu zákon. V. Vede jemně ve spravedlnosti, mírné učí cestám svým. Aleluja, aleluja. V. (*Mat.*

11, 29) Tóllite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum et húmilis Corde, et inveniétis réquiem animábus vestris. Allelúja.

EVANGELIUM † Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem (19, 31-37).

In illo témpore: Judæi (quóniam Parascève erat), ut non remanérent in cruce córpora sábbato (erat enim magnus dies ille sábbati), rogavérunt Pilátum, ut frangeréntur eórum crura, et tolleréntur. Venérunt ergo mílites: et primi quidem fregérunt crura et alterius, qui crucifíxus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus mílitum lancea latus ejus apéruit, et contínuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit: et verum est testimónium ejus. Et ille scit quia vera dicit, ut et vos credátis. Facta sunt enim hæc ut Scriptúra implerétur: Os non comminuétis ex eo. Et iterum álía Scriptúra dicit: Vidébunt in quem transfixérunt.

Et dicitur *Credo*.

11, 29) Vezměte na sebe jho mé a učte se ode mne, neboť jsem mírný a pokorný Srdcem; a naleznete pokoj pro své duše. Aleluja.

EVANGELIUM † Pokračování sv. Evangelia podle Jana (19, 31-37).

Za onoho času, poněvadž byl pátek, tedy židé, aby nezůstala těla na kříži v sobotu, neboť ta sobota byla den veliký, prosili Piláta, aby jim byly zlámány nohy a sňali se s kříže. Přišli tedy vojáci a zlámali nohy jednomu i druhému, jenž s ním byl ukřížován. Když však přišli k Ježíšovi a uzzřeli ho již mrtvého, nezlámali mu nohou, ale jeden z vojínů bodl ho kopím v bok, a hned vyšla krev a voda. A ten, jenž to viděl, vydal svědectví o tom, a pravdivé jest svědectví jeho. A on ví, že pravdivé věci mluví, abyste i vy uvěřili. Stalo se to zajisté, aby se naplnilo Písmo: Kosti mu nezlomíte. A opět jiné Písmo dí: Budou patřiti na toho, v něhož bodli.

Říká se *Věřím*.